

EK, JOHAN GUSTAF

Otiola metrica.

1829-1848

# EOD - Miljoner böcker bara en knapptryckning bort. I mer än 12 europeiska länder!



## Tack för att du väljer EOD!

Europeiska bibliotek har miljontals böcker från 1400- till 1900-talet i sina samlingar. Alla dessa böcker går nu att få som e-böcker – de är bara ett musklick bort. Sök i katalogen från något av biblioteken i eBooks on Demand- nätverket (EOD) och beställ boken som e-bok – tillgängligt från hela världen, 24 timmar per dag och 7 dagar i veckan. Boken digitaliseras och blir tillgänglig för dig som e-bok.

## EOD bokens fördelar!

- \* Få samma utseende och känsla som med originalet!
- \* Använd ditt standardprogram för att läsa boken på skärmen, zooma och navigera genom boken.
- \* *Sök*:\* Använd fulltextsökning för enskilda fraser.
- \* *Klipp & klistra*:\* Kopiera bilder och delar av texten till andra applikationer (t.ex. ordbehandlingsprogram).
- \*Ej tillgängligt i varje e-bok.

## Villkor för användning

Genom att använda EOD-tjänsten accepterar du de villkor som ställs av biblioteket som äger den aktuella boken.

- \* Villkor för användning: <https://books2ebooks.eu/csp/sv/nls/sv/agb.html>

## Fler e-böcker

Redan nu erbjuder 40 bibliotek från 12 europeiska länder denna service. Sök böcker tillgängliga för den här tjänsten: <https://search.books2ebooks.eu>  
Mer information finns tillgängliga via <https://books2ebooks.eu> boken.

Exc

B. 1-4.

In Saep.  
Vice  
Sup. p. p. p.  
(B)

*Otiola Metrica,*

quæ,

Venia Ampliss. Philos. Ord. Lund.,

*Præside*

**PETRO DAHLSTEDT,**

Philos. Mag. et Eloqu. Rom. Doc.,

Judicio publico permittit

*Auctor*

**JOHANNES GUST. EK,**

Smolan'dus.

In Lyceo Carolino, Die xxii Apr. mdcccxxxix.

h. a. m. s

---

LUNDÆ MDCCCXXXIX.

Typis BERLINGIANIS.



*In Sacram Regiam Majestatem*  
*Magnæ Fidei Viro,*  
*S. S. Theologiæ Doctori et Episcopo*  
*Dioeceseos Wexioniensis,*  
*Regiæ Academiæ Suecanæ Octodecemviro,*  
*Regii Ordinis De Stella Polari Membro,*  
*Eminentissimo ac plurimum Reverendo*

**ESAIÆ TEGNER;**

Cujus extremos, volitante fama,  
Terminos orbis petiit celebre  
Nomen: (Ignoscat juveni); modestus

*Dedicat auctor.*



*Idyllium.*

Non omnia possumus omnes.

VIRGILIUS.

**D**amœtas, Myrtillus & Alcindor (Arcades).

Damœtas:

Distribuit natura modo sua dona superbo:  
 Illa, (nec invideo), voluit tibi cedere vocem,  
 Qua cantante silet lucis philomela serenos  
 Auditura sonos. Vinci dolet inclyta cantrix,  
 Non dubitans, quin Clio canat vel Cynthius ipse.  
 Te docuit citharam digito pulsare sagaci,  
 Ut duram silicem moveas, velut Orpheus alter:  
 Cuncta dedit tibi; sæva mihi fuit ista noverca.  
 Si cantare velim, timidum pecus omne recedet,  
 Forte putans ululare lupum. Si fistula detur,  
 Qua moduler, quoque turpe sonat: Strix noctua cantum  
 Ridebit, victrixque canet: "Tu desine plura".

Myrtillus:

Noli, Damœta, naturam dicere iniquam,  
 Vox licet asperius resonet; sua cuique facultas  
 Condonata fuit; nec tu sine dote relictus.  
 Illicis ut ramos stabiles, (concede), lacertis  
 Nervos illa tibi nectebat, ut, Herculis instar  
 Alterius, rapidumve lupum, torvumve leonem

Nullibi tu timeas. Animus tua pectora complet,  
Qui velut Alcidaë servet tua nomina vati.

Damocetas:

Pascua nostra modo, (memini), Galathea revisens  
Cum grege, quam longis horis residebat amica  
Te juxta, mitesque oculos tua fixit in ora?  
Quanta mollitie tremulos exceptit avenæ  
Blanda sonos? Cantusque tuus sic mulserat ipsam,  
Ut lyncem pecori infestum non cerneret ante  
Quam quereretur ovis moriens.

Myrtillus:

Mox illa cucurrit

Auxiliumque tuum petiit, licet ad latus essem:  
Scilicet imbecillus eram, tu robore plenus.  
Nec mora: Terribilis domitus procumbit humi lynx;  
Grates illa tibi commoto e pectore solvit;  
Ceruleo ex oculo lacrimæ funduntur amœnæ.  
Inque genis manant: Sic lilia rore rigantur.  
Sæpe mihi teneros vultus dedit alma canenti;  
Sed numquam lacrimas tenuis prolexit arundo,  
Vel cantus meus ex oculo, mihi crede, puellæ.

Alcindor:

Quare jurgatis? Quæ vos dementia cæcat?  
Magna Pales uni vestrum favet? Invidet alter?  
Parcite de lana stulti certare caprina!  
Num, pueri, vos inter erit discordia tanta,  
Quod firmum dederit clemens natura lacertum  
Uni, voce sua quando supereminet alter?  
Vobis, morosi, quoque forsan displicet, Istrum  
Non Romæ muros, non Dardana mœnia Tibrim  
Lambere: Sic ridenda mihi lis vestra videtur.  
Andinus vates: "Non omnia possumus omnes."  
Divino canit ore. Manu non fulgurat ensis;

Sed Latio resonant, resonantque sub axe boreo  
 Montibus in niveis illius carmina pura.  
 Mæonides, (de quo certarunt oppida septem),  
 De bello cecinit, quo Troja superba cadebat;  
 Non tulit arma manus, quia nox obtexerat atra  
 Lumina divini vatis, ne pelleret ipsam  
 Ex hominum cœtu. An fertur fortissimus Hector  
 Priamidum tetigisse lyram calamosve canoros?  
 Dicitur an sensus hominum mulsisse loquendo?  
 Sic homini præscripta cuique est semita vitæ,  
 Quæ primum quærenda tibi, post rite sequenda,  
 Donec contigeris metam. Te fata manebunt  
 Fausta; nec indignare, licet non crescat oliva  
 Laureto, licet haud malum tibi fundat arista.  
 Fortuna placida cito mens humana tumescit,  
 Bellerophontis ut intumuit. Victa ille chimæra  
 Alato cupiebat equo conscendere Olympum.  
 "Quod satis est, cui contigit, hic nil amplius optet."  
 Quilibet e vobis lucas numerabit amœnas,  
 Si gregibus junctis, animos quoque jungitis: Alter,  
 Cui vox dulce sonat, cantu diffunde dolores  
 Alterius, placidasque domum crescentibus umbris  
 Collige oves. Illas alter tueare vicissim  
 Adgrediente lupo. Vos lætos cernet Apollo  
 Ex unda rediens, lætos tingendus in unda.

---

 II.

*Elegi.*

Tu ne cede malis, sed contra audentior ito.

VIRGILIUS.

Tu ne cede malis, sed contra audentior ito:

Aenææ vates ingeniose, canis.

**Scilicet** a cunis infantum ad flebile funus,  
 Vita hominum variis subdita rebus erit,  
**Jam** lucret cœlum, jam cingunt aëra nimbi  
 Ingentes; nulli sol nitet usque favens.  
**Emicat** interdum nigris de nubibus æquus  
 Cynthus; at subito lumina clara tegit,  
**Cæruleus** placida nonnumquam fulget Olympus  
 Luce, sed extemplo nubila spissa vides.  
**Nec mora:** Terribiles emittit Jupiter ignes;  
 Horrendo tonitru personat omne nemus.  
**Ne timeas,** licet omnipotens tibi sæva minetur:  
 Quo tua fata sinunt, fortior ire scias.  
**Splendida** post variis redimita coloribus Iris  
 Exhilarans oculos circinat ante tuos,  
**Deveniesque** locos lætos & amœna vieta:  
 Sol, nuper tectus, clarior ipse nitet:  
**Rebus in** angustiis igitur prodire memento  
 Magnanimus: Fortes gloria summa manet,  
**Si tua** puppis erit gravibus jactata procellis,  
 Ne turbere velim, velaque tuta volant.  
**Ante oculos** montem si conspicis astra petentem,  
 In quo fortunæ templa decora patent;  
**Ne redeas** ignavus, at enitare virilis,  
 Donec in excelsi culmine montis eris.  
**Tunc lætus** poteris nebulosam cernere terram,  
 In qua, crede mihi, ferrea fata valent.  
**Aix illic** struitur, quam ventus destruit acer:  
 Spem fingunt homines, fictaque sorte perit.  
**More canis,** versuta tamen fortuna fatigat  
 Non nisi recordes; forte repulsa fugit.  
**Hanc igitur** dominam, qua fas est, arte repellas:  
 Sis animi constans propositique tenax,  
**Omnia, quæ** poterunt fieri, quandoque futura  
 Prospice, sic venient orba dolore mala.  
**Sic mors,** quam fugimus, vitam neque diruet omnem;

Mens etenim Stygias trajicietur aquas.  
 Hæc erit incolumis, fragilique erepta tabernæ,  
 Ad cælum fugiens æra scindet avis,  
 Es pauper placidisque opibus nudatus; at ipsas  
 Tantaleæ curæ sæpe sequuntur opes.  
 Cuncta suis cumulata bonis si detur avaro  
 Copia telluris, te, bona luna, petet,  
 Divitiæ tibi cœlestes sunt usque parandæ,  
 Quas non fur tacitus, non rapit ignis cdax,  
 Perfer, quidquid erit, tibi quod Deus obtulit æquus;  
 Candida si fuerint, atrave fata tibi.  
 Omnibus in rebus feliciter omnia cedent,  
 Numinis arbitrium si sinis esse tuum.  
 Ut melior passim tibi mens reddatur & apta  
 Aeternæ vitæ, cuncta paranda puta.  
 Sic nequit esse malum, quo victa est prava cupido,  
 Qua superante semel postea nullus eris.  
 Sed mœrore augent homines præsentia sæpe,  
 Ac dubio nondum nota timore, mala.  
 An miser es dudum, quia sis fortasse futurus?  
 Non mala sunt oculis amplificata tuis?  
 Accidat hoc illudve, (viri graviora tulerunt);  
 Consilium semper resque locusque dabunt.  
 Dic: Mortale mihi corpus prius esse sciebam,  
 Objectum morbis exitiove cito.  
 Aeger ero? Tanti mihi erit; mens sana manebit.  
 Pauper ero? Casu, culpaque nulla mea est.  
 Dedecore afficiar? Recti mens conscia temnit  
 Judicium vulgi; cernere vera nequit.  
 Luminibus capiar? Mihi quæ concessit Olympi  
 Rector, si capiat, lux erit ipse mihi,  
 Et moriar? Vero hac sum conditione creatus;  
 Atque iter ad cælum vita meaomnis erit.  
 Insons nil patitur, quin & graviora serenus  
 Perpressus fuerit filius ipse Dei,

Illius cupiam fieri similisque comesque :  
 Me sinat æternum participare decus.

---

 III.

*Mors regis Ringii* \*).

Crinibus flavis redimitus alnum  
 Cornipes solem trahit ex cois  
 Fluctibus veris ; radiansque mane  
 Ludit in aula.

Januam pulsat Frithiof, & intrat  
 Anxius vultu : Sedet ore princeps  
 Pallido ; ponti velut unda volvit  
 Pectus amatae.

---

\*) E poëmate, quod inscribitur: Frithiofs Saga ab E. Tegnér, latine reddita.

Miraturus fortasse est quisquam, me adeo a publico more recessisse, ut, quæ Suecæ legere cuique licet, ea Latine reddere conatus sim ; etiamsi in consuetudinem venerit viam huic plane contrariam ingredi. Ignoranti sane mihi, hæc objeientibus quid responderem, & otiola mea jamjam edituro, in manus tamen venit eine metrische Griechische Uebersetzung des ersten Gesanges (v. 1 — 215) von Goethe's Hermann und Dorothea, mit beygefügetem Original und Lateinischer Uebersetzung von Fischer, eine Einladungsschrift &c. &c. von Dr. Heinrich Arnold Wilhelm Winckler, Lehrer am Acad. Pädagogio. Giessen 1823 ; quæ comprobat, exteros quoque, in re tam præpostera versatos fuisse : Ita ut, quod hoc susceperim, satis mihi me purgasse videar.



Corpus incidam, cruor ut recedat ;  
 Dedecet regem boreæ interire  
 Stragulis tectum: Facilisque cura  
 Ultima vitæ :

Odini runas quoque scripsit inde,  
 Pectori insculpsit valido et lacerto:  
 Crinibus mire cruor eminebat  
 Pectoris albi.

Poculum detis: Tibi nunc propino  
 Ac tuæ famæ, Regio borea !  
 Hordeum plenum roseamque pacem  
 Semper amavi.

Inter atroces dominos studebam  
 Assequi pacem: Temere; refugit.  
 Me manens adstat genibus Deorum  
 Nata sepulchri.

Cœlites, Divi venerandi, avete!  
 Heimdali cornu vocat ad Deorum  
 Festa: Vanescit nebulosa terra;  
 Lumine cingor,

Aurea sicut galea, propinquans.  
 Dixit; uxori, puero atque amico  
 Molliter pressis manibus, volavit  
 Mens super astra.

---

## IV

*Frithiof et Ingeborg* \*).

Par tenerum plantarum Hildingi floruit olim  
 Villulâ; (eo boreale solum non viderat ante  
 Pulchrius): Et servavit eas tutela magistri.  
 Florent in viridi prato. Velut ardua quercus  
 Germinat hæc: Galeæ ventis agitata corona,  
 Stirps jaculo similis. Formam, cum bruma recessit,  
 Induit illa rosæ; sed adhuc in germine dormit  
 Ver, quod condit eam. Ventus peragrabit at orbem,  
 Cum quercu luctabitur; at sol vernus ab undis  
 Regredietur, eruntque rosæ reserata labella.

Der växte uti Hildings gård  
 Två plantor under fostrarns vård.  
 Ej Norden förr sett två så sköna,  
 De växte herrligt i det gröna.

Den ena som en ek sköt fram,  
 Och som en lans är hennes stam,  
 men kronan, som i vinden skälfver,  
 liksom en hjälm sin rundel hvälfver.

Den andra växte som en ros,  
 när vintern nyss har flytt sin kos,  
 men våren, som den rosen gömmer,  
 i knoppen ligger än och drömmar,

\*) Ex eodem, quo superius, poemate, etiam hoc latine  
 redditum.

Florent. Quercus erat Frithiof, rosa mollis & Ingborg.  
 Conspiciens ambas lucis splendore tenellas,  
 Atria te subito Freyæ tetigisse putares,  
 In quibus, exsiliens agili pede, ludit amantum  
 Copia, & auricoma & rosea circumdata pinna.  
 Conspiciens ambas luna splendente putares:  
 Sub nemoris rex Alforum & regina coronis  
 Hic saliant, Quam lætus erat, quantumque beatus!  
 Disceret ex illo runam formosa puella  
 Quam primam hic didicit: Superat sua gloria regis.

---

Men stormen skall kring jorden gå,  
 med honom brottas eken då,  
 och vårsol skall på himlen glöda,  
 då öppnar rosen läppar röda.

Så växte de i fröjd och lek,  
 och Frithiof var den unga ek,  
 men rosen uti dalar gröna  
 hon hette Ingeborg den sköna.

Såg du de två i dagens ljus,  
 du tänkte dig i Frejas hus,  
 der månget litet brudpar svingar  
 med gula hår och rosenvingar.

Men såg du dem i månens sken  
 kringdansa under lummig gren,  
 du tänkte: under lundens kransar  
 Elfkungen med sin drottning dansar.

Caruleas illam cymba quoque trajicit undas;  
 Quam niveis plaudit manibus, dum vela retorquet!  
 Sic nidus fuit haud adeo sublimis, ut illum,  
 Ingborgæ placiturus, amans non viseret idem,  
 Altivolanti aquilæ subolem rapiebat & ova.  
 Rivus erat nullus, rapida licet effluat unda,  
 Quem super hic non portet eam: Fluvioque ruente  
 Suave premunt nivei illius sua colla lacerti.  
 Primitios flores, spicas ac dulcia fraga  
 Huic dedit. At volat inde dies puerilis; & ore  
 Ardenti juvenis prodit speransque rogansque,  
 Pectore gemmanti prodit quoque candida virgo.

Det var så gladt, det var så kärt,  
 när han sin första runa lärt.  
 En kung var ej som han i ära,  
 den runan fick han Ingborg lära.

Hur glädtigt sam han i sin slup  
 med henne öfver mörkblå djup!  
 Hur hjertligt, när han seglen vänder,  
 hon klappar i små hvita händer!

Det fans ej fogelbo så högt,  
 som han för henne ej besökt.  
 Sjelf örnen, som i molnen gungar,  
 blef plundrad båd' på ägg och ungar.

Det fans ej bäck, hur strid han var,  
 hvardöfver han ej Ingborg bar.  
 Det är så skönt, när forsen larmar,  
 att tryckas af små hvita armar.

Venatur Frithiof: (Metuendum opus); hic sine telis  
 Ac gladio fortis rabidum comescuit ursum.  
 Pectoribus tum contiguus certatur; at ille  
 Victor abit, vultu laceratus ab unguibus ursi:  
 Huic tamen interea pellem abstulit ipse pilosam;  
 Nec temnit virgo spoliū. Quia femina gaudet  
 Cuncta viri virtute: Decorum est forte venusto,  
 Congruit huic illud, fronti velut aurea cassis.  
 Carmina forte legens hiemali vespere divūm  
 Elysiique alti, flamma radiante camini,  
 Hæc animo reputat: Flava est coma Vanadis almæ

---

Den första blomman vären födt,  
 det första smultron som blef rödt,  
 det första ax, hvares guld blef moget,  
 dem bjöd han hennē, gladt och troget. —

Men barnets dagar flyga bort,  
 der står en yngling inom kort,  
 med eldig blick, som her och hoppas,  
 der står en mö med bärn som knoppas.

Ung Frithiof drog på jagt alltjemt,  
 den jagten skulle mången skrämt,  
 ty utan spjut och utan klinga  
 den djerfve ville björnen tvinga.

Då kämpade de, bröst mot bröst,  
 och jägarn segrande, fast klöst,  
 med ludet byte kom tillbaka,  
 hur skulle jungfrun det försaka?

Ty mannens mod är qvinnan kärt,  
 det starka är det sköna värdt;  
 de begge passa för hvarannan,  
 som hjälmen passar sig för pannan.

Triticæ messis, vento quæ fluctuat, instar;  
 Inborgæ coma non differt; velut aurea retis,  
 Lilia & hæc tegit atque rosas. Est pectus Idunæ  
 Molle, salitque simul viridi sub tegmine gratum:  
 Carbasa sed novi geminos velantia lucis  
 Alfos, qui saliunt rosei sub veste superba.  
 Adspicis, ut niteant, coeli instar, lumina Friggæ  
 Cæsia; vidi oculos: Lux verna nigrescit ad illos,  
 Quare adeo effertur Gerdæ, nive sparsa rosisque,  
 Mala? Genam vidi: Binas generavit eoas  
 Una dies. Tenerum pectus tribuere potæ  
 Nannæ; pectus ego, (licet est celebratius illud),  
 Nosco adeo tenerum. Merito tu, Baldere, felix

---

Men läste han i vinterqväll  
 vid eldsken ifrån spiselns häll  
 en sång om strålande Valhalla,  
 om Gudar och Gudinnor alla:

Han tänkte: gult är Frejas här,  
 ett kornland, som för vinden går.  
 Från det kan jag ej Inborgs skilja,  
 ett nät af guld kring ros och lilja.

Idunas barm är rik, och skönt  
 han hoppar under silke grönt;  
 jag vet ett silke, der det hoppar  
 Ljus-Alfer två med rosenknoppar.

Och Friggas ögon äro blå,  
 som himlen till att se uppå;  
 Jag känner ögon; mot de båda  
 är ljusblå värdag mörk att skåda.

Diceris: O! utinam lacrimas mihi fida puella  
 Defuncto daret, ut tibi; formidabilis orcus  
 Tunc adamandus erit. Sed virgo heroica cantat  
 Carmina, & herois telæ simul inserit acta;  
 Undas cæruleas textit lucosque virentes,  
 Sic niveis villis inolebant aurea scuta;  
 Argento riguit lorica, & rubra volarunt  
 Tela; sed ut magis atque magis contextuit, heros

---

Hvi prisas Gerdas kinder så,  
 en nyfäld snö med norrsken på?  
 Jag kinder sett: en dag som tänder  
 två morgonrodnader i sänder.

Jag vet ett hjerta lika ömt  
 som Nannas, fast ej så berömdt.  
 Med rätta prisas du af skalder,  
 du Nannas lyckelige Balder!

O! att som du jag finge dö  
 begråten af en trogen mö,  
 så öm, så trogen som din Nanna,  
 hos Hel jag ville gerna stanna.

Men kungadottren satt och qvad  
 en hjeltesång, och väfde glad  
 i duken in den hjeltens under,  
 och vågor blå och gröna lunder.

Der växte in i snöhvitt ull  
 de sköldar utaf spoladt gull,  
 och röda flögo stridens lansar,  
 men styft af silfver var hvart pansar.

Assumit faciem Frithiofs: Ut illa refulget  
 Virginis e tela, stat mista pudore voluptas  
 Illius in vultu. Frithiof ubicumque pererrat  
 Pratorum, arboribus ФРИТНЮФ insculpit & ИКСВОРГ:  
 Nomina & hæc subito coeunt, ut corda duorum.  
 Auricomus quando rex orbis splendet in orbe  
 Cæli, quando hominesque meant & vita movetur;  
 Alterius tantum meminit tunc alter eorum.

---

Dock, här hon väfver, dag från dag.  
 får hjelten Frithiofs anletsdrag,  
 och som de blicka fram ur väfven  
 då rodnar hon, men glädes äfven.

Men Frithiof skär, hvar han går fram,  
 ett I ett F i björkens stam,  
 De runor gro med fröjd och gamman,  
 liksom de ungas hjertan, samman.

När dagen uppå fästet står,  
 verldskungen med de gyllne här  
 och lifvet rörs och menskor vandra,  
 då tänka de blott på hvarandra.

När natten uppå fästet står,  
 verldsmodren med de mörka här  
 och tystnad rår och stjernor vandra,  
 då drömma de blott om hvarandra.

"Du jord, som smyckar dig hvar vår  
 med blommor i ditt gröna hår,  
 gif mig de skönsta, jag vill vira  
 en krans af dem att Frithiof sira."

Nox ubi, nigra comis mater, dominatur in orbe  
 Cœli, cum stellæque meant & ubique siletur;  
 Alterius speciem somno modo conspicit alter.  
 Ore hæc blandiloquo fundunt optata vicissim:  
 "Terra, tuis quæ vere comis inflectis amœnos  
 Flores, eximios quot habes, mihi candida dones,  
 Tempora ut illorum sertis Frithiofis adornem."  
 "O! mare, quod nigro posuisti in limine mille  
 Baccas, eximias quot habes, mihi, supplico, dona:  
 His cuperem simul Inborgæ circumdare colla."  
 "Auricome, Odiniique throni pretiosa coronis,  
 Sol, lumen mundi radians, modo tu meus esses,  
 Hæc Frithiofis erat subito tua lamina scutum."  
 "Lunæque, lychne Dei nivee omnipotentis in æde,  
 Si mea tu, pulchræ fieres quoque gemma puellæ."

---

"Du haf, som satt din dunkla sal  
 med perlor full i tusental,  
 gif mig de skönaste, de bästa,  
 kring Inborgs hals vill jag dem fästa."

"Du knapp på Odens kungastol,  
 du världens öga, gyllne sol!  
 Var du blott min, din blanka skifva  
 till sköld jag ville Frithiof gifva."

"Du lykta i Allfaders hus,  
 du måne med ditt bleka ljus!  
 Var du blott min, jag gaf dig gerna  
 till smycke åt min sköna tärna."

Exc

*Otiola Metrica,*

quæ

Venia Ampliss. Philos. Ord. Lund.,

*Præside*

**JOHANNÉ GUST. EK,**

Philos. Mag. et Eloqu. Rom. Doc.,

Judicio publico permittit

**C. P. J. STENHOLM,**

Smolandus.

**P. II.**

In Auditorio Carolino, die xxiv Maji mdcxxxiv.

---

LUNDÆ,  
TYPIS EXCUDIT C. F. BERLING,  
UNIVERSITATIS TYPOGRAPHUS.  
MDCXXXIV.

*Prosten och Kyrkoherden*

öfver

*Sandsjö och Wallsjö församlingar,*

*Högärevördige och Höglärde*

*Herr Magister*

**MATTHIAS STENHOLM**

helgas dessa blad

---

af  
Sonlig vördnad, kärlek och tacksamhet.

---

**E**xstiterunt ante hanc ætatem, quæ, ad utilitatem omnia referens, sibi sola sapere videtur, poëtæ haud raro neo-Latini, qui tam assidue veterum persequerentur vestigia, ut non modo iisdem pedibus ingressos esse intelligas, sed etiam eadem prope virtute in verticem Pindi escendisse. Jam vero doctiores et prudentiores nobis videmur, quam quibus iter illud antiquitatis, quod majores nostri omnium primum adolescentibus habendum esse putarunt, ulterius repetendum sit, quibus præsertim servum illud imitatorum pecus, quod in agro veterum iterando desudaverit, non dico utilitatem aliquam, sed ne delectationem quidem afferre possit. Ea scilicet opinio non ita multo ante hoc tempus obtinuit, neo-Latinos nulla de re nervose aut lepide, de nulla apte dicturos, nisi de qua veteres, nec aliter, quam veteres dixerint, quasi elegia neo-Latina, quin

ad Tibulli, Propertii aut Ovidii aliquam, vel ode placere nequeat, quin ad Horatii exemplar componatur. Quid ergo? Credibilene videatur, Vidam, Sannazarium, Politianum, Joa. Secundum, Lotichium, Sarbievium, alios non sua ætate modo, sed diu post mortem ita placuisse, ut pluribus editionibus eorum opera et nonnullorum brevi temporis spatio tot vulgarentur, quot nunc vix ullius patria lingua clari poëtæ? quamvis par sit vel mediocri recentioris linguæ poëmati citius denos, quam neolatino, licet pulcherrimo, singulos inveniri lectores; quid? Baldium, cūjus operum hoc ipso tempore nitidissima editio paratur? credibilene ergo hoc videatur, si illis scriptoribus vere id, sine quo nulla poëmata nec valde nec diu placuerunt, si poëticæ dictionis vis illis, copia nitorque desit, si præter satis commodam imitandi facultatem nihil prorsus suppetat?

Aliquid certe auctoritatis ex eo etiam sibi vindicat poësis neolatina, quod Tassus ille divinus Vidæ Christiadem adeo non sprevisse dicitur, ut quosdam inde in epos suum locos

trastulerit; ex hoc aliquid, quod multi præstantissimi homines huic qualicumque arti non-nihil juvenilis ætatis dederunt: dederunt itaque Cl. Lessing \*) , Gellert, Rabener, Lichtwehr, Cramer, Seume; et denique, quem vix credas, Philosophus ille Krug magnum se numerum versuum Latinorum fecisse ipse confitetur \*\*).

---

\*) Cl. Lessing Messiadem Klopstockii Latino Hexametro interpretatus est, teste Heydenreich, Geschichte der Deutschen Dichtkunst. Königsberg 1831, pag. 127.

\*\* ) "Lateinische Verse machen war von jeher eine Hauptbeschäftigung der Portenser. Ich habe daher auch eine Unzahl solcher Verse gemacht. Bin ich gleich dadurch kein Dichter im eigentlichen Sinne geworden, so reut mich doch die darauf verwendete Zeit keineswegs. Denn eigne Versuche in der Dichtkunst lehren uns die Schönheiten dichterischer Werke inniger fühlen und richtiger schätzen, bilden den Geschmack auch in Bezug auf andere Kunstwerke und geben selbst der prosaischen Darstellung eine grössere Gewandtheit." Selbstbiographie. Leipzig 1825, pag. 35.

Illi vero tot tantique homines, cum tantum abesset, ut de laudibus suis detrahi aliquid his exercitationibus existimarent, ut potius ad prosam suam orationem pleniorē reddendam, ad ea, quæ in carminibus poëtarum pulcherrima essent, rectoribus iudiciis ponderanda, mirum quantum contulisse eas iudicarent; quidni nos adolescentes, cui ætati, si quid delictum fuerit, facilius ignoscitur, aleam nostram jaciamus?

Hoc itaque tempore propositum nobis est, ut carmen tertium poëmatis illius Tegneriani, in quo interpretando jam antea fuimus periclitati, Latine, quoad ejus a nobis fieri poterit, reddamus. Quinque ante annos exciderunt otiosa nostra superiora, puerilia illa quidem, ita tamen, ut aliquam expectationem, ne dicam onus, urbis atque præceptorum, ad quos me contuleram, sustinere multis viderer. Neque defuerunt, qui ad ulterius otiantum me cohortarentur. In his non possum, quin plurimi faciam iudicium viri, cujus unum nomen atque ingenium omnium, quæ quidem cultiores sint, artium studia facile comprehendit,

dico *Johannis Traner*, qui, sive qua in me est voluntate, ductus, sive qua in omnes humanitate, ne scilicet juvenilem illum ardorem, sponte forsitan deflagaturum, cogeretur paullo severius castigare, interpretandi periculum illud nostrum adeo non despexit, ut potius aliquid a nobis ipse expectare se declararet; idque bis antea, ad extremum superiore anno in eis, quæ divinæ suæ *Juventuti Eucharisticæ* præfatus est. Huic tam locupleti auctori annon nimis crediderim mihi que ipse indulserim, mox tuum, candide lector, erit judicium, si pauca prius de iis, qui in primis clari extiterunt post Romam Romani poëtæ, quinam fuerint illi, qua quisque vixerit ætate, quid scriptum reliquerit, in medium proposuero. Permulta quidem adhuc dici poterant de usu, quem stilo afferunt hujusmodi exercitia metrica, sed locus tantum attingendus fuit. His igitur ad aliam scribendi opportunitatem reservatis historiolum illius quantulæcumque artis ad hoc quasi proœmium apponere constitui, præceptum *Th. Campanellæ* secuturus, qui bene: "Cujuscumque, inquit, rei veritatem volueris perscrutari, ejusdem historiam manifestam tibi esse oportet."

Perfectam vero descriptionem illorum hominum, qui ista præclara veterumque operibus simillima pepererunt, si quis a nobis quaeret, eum volumus delegatum ad: *Leyseri* Historiam poëtarum et poëmatum medii ævi. Halæ 1721; *Peerlkamp* de vita et doctrina omnium Belgarum, qui Latina carmina composuerunt. Bruxellis 1822; *Orelli* über den Gang der neueren Lat. Poësie in Italien, in s. Beytr. zur Gesch. d. Ital. Poësie; *Rosenkranz* Handbuch einer allgemeinen Geschichte der Poësie. Halle 1832, part. 2, pag. 9 seqq.; *Friedemann* Praktische Anleitung zur Kenntniss und Verfertigung Lateinischer Verse. Leipzig 1832 et præcipue *Budik* Leben und Wirken der vorzüglichsten Lateinischen Dichter des xv—xviii Jahrhunderts. Wien 1828.

Tria igitur omnino fuerunt poësis neo-Latinae spatia, cum aut religioni ministram se præberet (Hymnus: Sec. iv—xi); aut liberiori Spiritu in religionem et vitæ consuetudinem, quæ erat, non quæ esse debebat, inverteretur (Satira: Sec. xii—xv); aut denique, in infinita rerum copia et varietate, quam si-

hi materiem subjecit, ad formam et vestigia veterum, quam maxime fieri potuit, se reciperet (Sec. xvi—xviii).

*Primo illo temporis spatio carminibus præcipue sacris excelluerunt:*

*Gregorius Nazianzenus* (mortuus 391), qui ejusmodi carmina ad 170 reliquit, Epigrammata præterea 254 et Tragediam *Χριστος πασχων* inscriptam, quæ vero illine an alii scriptori tribuenda sit, dubitari potest.

*Apollinaris Laodicensis* eodem fere tempore psalmodum Dav. paraphrasin dedit.

*Synesius Cyrenæicus* (mort. 431) decem hymnos versu Iambico confectos posteris legavit, qui tamen religionem Christianam plus nimis ad præcepta Philosophiæ Neo-Platoniciæ accommodant. — Huc etiam referantur

*Homerokentra*, id est Cento, qui ex 2343 Hexametris Homericis conglutinatus vitam Christi describit. Opus illud, quod nihil animi ha-

bere dicitur, ortus sui alteram partem videtur Pelagio, Eudochiæ, conjugii Theodosii secundi, alteram debere. — Hi fere Byzantini. Idem in occidente ad hoc tempus carminum tenor atque habitus, argumentum non absimile, ita tamen, ut aliquanto plus nervorum haberent.

*Aquilianus Juvencus* (Hisp. Presbyter, mort. 331) Genesin et Evang. Matthæi Latine Hexametricè interpretatus est.

*Ambrosius* (Episcop. Mediolanensis, mort. 397) elegantia versuum clarus præter alia hymnum immortalem reliquit.

*Prudentius Clemens* (Hisp. mort. 405) carmina ad mentes hominum, sicut affici eas voluit, afficiendas accommodatissima condidit.

*Claudianus Mamertus* (Episc. Viennensis) hymni de passione domini, qui plerumque Sidonio tribuebatur, sine dubio auctor est.

*Cælius* autem *Sedulius* (Presb. Scotus) omnibus nescio an ceteris seculi quinti poetis

Latinis præstiterit, qui in carmine paschali, exhortatorio et hymnis Prudentium gravitate sermonis assecutus est, elegantia superavit.

*Sidonius Apollinaris* (Gallus, primo Dux belli, deinde episcopus, mort. 488) etsi præclara, ut tum res erant, viginti quatuor carmina reliquerit, in causa tamen Latinitatis in-testabilis scriptor Noltenio videtur.

*Severinus Boëthius* (Roman. an Mediolan. non satis constat), omnes superiores legentium numero facile vicit, adeo ut esset, cum non minus legerentur de consolatione philosophica libri ejus quinque, quam nostra ætate carmina Horatii. Creber est sententiis, verborum floribus distinctis, de vita hominum, de calamitate, de spe calamitates frangente.

Ultimus ille eruditorum Miræo dicitur.

*Ennodius* (Episcop. Ticin.) et *Alcimus Avitus* (Episc. Vienn.) putidi; neque est

*Dracontii Hexaemeron*, quod magnopere laudemus.

*Cresconius Corippus* (Grammat. Afric.) ad an. 570 poëma scripsit in laudem Justini 2, et Johannidos s. de bellis Libycis libr. vii. Poëta non inuenustus.

*Marcianus Capella* (Carthag.) Satiram prosa oratione reliquit, interjectis passim varii metri carminibus, scriptor non inicitus, sed nihil ad Boëthium. Duo priores hujus Satiræ libri continent fabulam de nuptiis Mercurii et philologiæ.

*Venantius Fortunatus* (Pictaviensis Episc. mort. 600) Hymnos, Elegias et varia carmina condidit; suntque probitatis illa quidem, sed stultitiæ tamen nomen subiit auctor nec raro præcepta Grammaticæ et Prosodiæ oblitum esse aut omississe se indicat. Inter carmina ejus eminent unum, quod de resurrectione scripsit.

*Arator* (Ligur mort. 556) Carminum libros duo composuit, in quibus actus Apostolorum persecutus est.

Præter hos multi poësi Latina per hoc spatium inclaruerunt, qui vero si a *Strabo* s.

*Strabone* (mort. 849) et *Gerberto* (qui, Pontif. Max. creatus nom. Sylvestr. 2, a. 1003 obiit) discesseris, aut jam difficilius inveniuntur, aut, qui legantur, ut etiam ipsa illa *Rhoswita*, vix digni sunt.

---

*Spatio secundo* Satira præcipue eminuerunt:

*Bernhardus Morlasius*, qui egregiam de contemptu mundi Satiram conscripsit.

*Hildebertus* (mort. 1136) doctrinæ varietate insignis vir *de urbe Roma*, *de suo Exsilio*, *de creatione mundi* poëmata reliquit, quæ ad institutionem puerilem persæpe adhibita sunt.

*Nigellum Wireker* (mort. post an. 1200 Cantuariens.) Satira *Brunellus* seu speculum stultorum optimo jure in numerum poëtarum illustrium adscripsit.

*Gualterus Mapes* (Oxon.) in cantilenis suis castigavit prava mores ministrorum eccle-

siæ: et quidem ad nostram usque memoriam venit cantilena ejus Bacchica: "Mihi est propositum in taberna mori!"

*Philippus Gualterus* (mort. 1201) Carmen epicum de rebus gestis Alexandri Magni, ex fonte Q. Curtii hauriens, conscripsit; quod ei tam prospere cessit, ut poëma ejus ad finem seculi XIII Æneidi Virgilianæ anteponeretur, vel saltem præ illa in scholis legenda judicaretur.

*Saxo Grammaticus* (gente Danus, Archiepiscopi Absalonis a manu, dein præpositus Roschildensis, mort. ad a. 1206) ex accurata, quæ utebatur, scribendi ratione appellatus, suæ gentis historiam usque ad Canutum 6 Latine Hexametricè libris sedecim perscripsit; quod dignum immortalitate opus per tria fere secula in summa omnium ignoratione versabatur, donec primum Lutetiæ, postea compluribus locis typis est multiplicatum.

Quod jam reliquum est, des mihi, cande Lector! hanc veniam, ut id quartæ otiorum nostrorum particulæ, quæ, si tempora ferent, mox in medium prodibit, subjungam.

---

Exc

dupl.

*Otiola Metrica,*

quæ

Venia Ampliss. Philos. Ord. Lund.,

*Præsides*

**JOHANNES GUST. EK,**

Philos. Mag. et Eloqu. Rom. Doc.,

Judicio publico permittit

**A. J. RYDÉN,**

Smolandus.

**P. III.**

In Auditorio Carolino, Die xxiv Maji MDCCXXXIV.

---

LUNDÆ,  
TYPIS EXCUDIT C. F. BERLING,  
UNIVERSITATIS TYPOGRAPHUS.

MDCCXXXIV.

*Prosten och Kyrkoherden*

öfver

*Bergunda och Öya församlingar,  
Ledamoten af Kongl. Wasa-Orden,*

*Högvärdige Herr Doctor*

**C A R L R Y D É N**

och

*Högädlä Fru Doctorinnan*

**M A R I E R Y D É N,**

född BRANTING,

tillegnas dessa blad

med Sonlig vördnad och tacksamhet

af

**ARVID JOHAN RYDÉN.**

---

---

III.

*Frithiof hæreditatem a patre accipit.*

**J**am tumulis Thorstenque senex Beloque quiescunt:  
Littore quisque suo (sic jusserat unus et alter)  
Dissociata velut tandem duo pectora leto,  
Sese effert orbis tumuli. Nunc Halfdan et Helgo  
Accipiunt regnum populo mandante paternum.  
Framnesiam contra Frithiof capit unicus hæres.  
Tergeminos habuit lapides ager undique, siccus  
Partibus e tribus; at quartum latus attigit æquor.

---

Voro nu satte i hög kung Bele och Thorsten  
den gamle,  
der de sjelfve befallt: på hvar sin sida om fjärden  
högarna lyfte sin rund, två bröst dem döden har  
åtskilt.

Helge och Halfdan, på folkets beslut, nu togo i  
samarf  
riket efter sin far; men Frithiof som endaste sonen,  
delte med ingen och fäste i lugn sin boning på  
Framnäs.

Tre mil sträckte sig kring den gårdens ägor på tre håll  
dalar och kullar och berg, men på fjerde sidan var  
hafvet.

Betula gramineos apices circumdedit; infra  
 Æquavitque secale viri modum et hordea flava  
 Luxuriare; lacus speculum præ montibus altum  
 Innumeræ et silvis tenuerè, ubi cornua celsi  
 Prodibant cervi centenaque stagna bibebant.  
 Vaccæ sed late nemorum pavere vireta  
 Corporibus solidis distentæque ubera lacte.  
 Spargitur inter eas huc illuc magna bidentum  
 Copia velleribus niveis: sic nubila cana  
 Cernere erat vernis cœlo dispersa procellis.

Björkskog krönte de kullarnas topp, men på slut-  
 tande sidor

frodades gyllene korn och mansbög vaggade rågen.  
 Sjöar, många i tal, sin spegel höllo för bergen,  
 höllo för skogarne opp, i hvars djup böghornade  
 elgar  
 hade sin kungliga gång, och drucko af hundrade  
 läckar.

Men i dalarna vida omkring der bette i grönskan  
 hjordar med glänsande hull och med jufver som läng-  
 ta till stäfvän.  
 Mellan dem spriddes än hit och än dit en oräknelig  
 skara  
 af hvitulliga får, som du ser hvitaktiga strömoln  
 flockvis spridda på himmelens hvalf, när det blåser  
 om våren.

Sex quater in stabulis (inclusi carcere venti) roqna  
 Cornipedes saliunt animosi et gramina mandunt  
 Rubro adstricta juba est, est levis et ungula ferro.  
 Sola jacens, domus exstructa est potoria pinis:  
 Plus quam sexcentos capiebant atria lata,  
 Copia quando hominum coit studiosa bibendi  
 Perque domum patet iliceo de robore mensa  
 Levis ut est vultus calybis: tenet illa columnas  
 Ex ulmo binas. Speciem fert utraque divum,  
 Hæc Freyi nitidi, dominantis at Odinis lilla.

Springare två gånger tolf, bångstyriga, fjettrade vin-  
 dar,  
 stampande stodo i spiltornas rad och tuggade vallhö,  
 manarna knutna med rödt och hofvarna blanka af  
 jernskor.

Dryckessalen, ett hus för sig sjelf, var timrad af  
 kärnfur.

Ej femhundra män (till tio tolfte på hundra \*),  
 fyllde den rymliga sal, när de samlats att dricka  
 om julen.

Genom salen, så lång som han var, gick bordet af  
 stenek,

bonadt och blankt som af stål; högsätospelarre båda  
 stodo för ändan deraf, två Gudar skurna af alm-  
 träd:

Oden med herrskareblick och Frej med solen på  
 hatten.

\*) Ett gammalt räkneseätt i Norden.

Nuper at inter eas ursi in cute (sed cutis atra,  
 Fauces coccineæ atque argento splenduit unguis)  
 Convivis facilis Thorsten conederat hospes.  
 Sæpe senex, quando per nubila luna volabat  
 Visa sibi peregrina sedet miracula narrans  
 Occiduas per aquas orientis et æquora cursus  
 Arctoumque mare. At convivium ab ore loquentis  
 Muta pependerunt, ut sedula floribus hæret  
 Fixa apis. In mentem vati venit esse Bragonem,  
 Argento barbatus ubi linguaque loquaci

Nyss emellan de två på sin björnhud (huden var kol-  
 svart, men gapet skarlakansrödt, men klorna skodda med silf-  
 ver)

Thorsten bland vännerna satt, som gästfriheten bland  
 glädjen.

Ofta, när månen bland skyarne flög, förtalde den  
 gamle

under från främmande land, dem han sett, och vi-  
 kingafärder

fjerran i Östervåg och i Vestersaltet och Gandvik.

Tyst satt lyssnande lag och dess blickar hängde vid  
 gubbens

läppar, som biet vid sin ros; men Skalden tänkte  
 på Brage,

när med sitt silfverskäg och med runor på tungan  
 han sitter

Sub fago patula carmen memorabat ad undam  
 Mimi dulcisonantem (animans est carmen et ipse).  
 Eque solo strato stipulis micat ignis alacris:  
 Ex lapidis fortace micat. Fumaria tecti  
 Hospitio penetrant, cœlestia numina, stellæ.  
 Ordine ferratis paries tenet undique clavis  
 Loricas galeasque, minax hic ensis et illic  
 Fulgurat inter eas, recidens ut stella, deorsum.  
 Quam gladii galeæque tamen plus scuta nitebant,  
 Argento, ut luna, aut solis nitet aureus orbis.

under den lummiga bok och förtäljer en saga vid  
 Mimers  
 evigt sorlande våg, han sjelf en lefvande saga.  
 Midt på golfvet (med halm var det strödt) brann  
 lågan beständigt,  
 gladt på sin murade häll; och igenom det lustiga  
 rökfång  
 blickade stjernorna in, de himmelska vänner, i sa-  
 len.  
 Men kring väggen, på naglar af stål, der hängde  
 det radvis  
 brynja och hjälm vid hvarann, och här och der  
 dem emellan  
 blixtrade neder ett svärd, som i vinterqvällen ett  
 stjernskott.  
 Mera än hjälm och svärd dock sköldarne lyste i  
 salen,  
 blanka som solens rund, eller månans skifva, af silfver.

Circuit mensam quum infundens pocula virgo  
 Dejectis oculis rubuit; rubet illius una  
 In scuto facies; placuitque bibentibus illud.

Est locuples domus: atque oculis, quocumque  
 tueris,

Obveniunt forpax, armaria, cella referta;  
 Gemmaque multa nitet: dedit hanc victoria prædam.  
 Aurum cum runis argentique aspera signis  
 Vis ingens: longe hæc superant tamen omnia tres res.

---

Gick der stundom en mö kring bordet och fyllde i  
 hornen,  
 slog hon ögonen ned och rodnade: bilden i sköl-  
 den  
 rodnade äiven som hon: det glädde de drickande  
 kämpar. —

Rikt var huset: hvarhelst som du skådade,  
 mötte ditt öga,  
 fyllda källrar, och proppade skåp, och rågade vist-  
 hus.  
 Många klenoder jemväl der gömdes, byten af se-  
 gren,  
 guld med runor uppå och det konstarbetade silf-  
 ver.  
 Tre ting skattades dock af all den rikedom yp-  
 perst:

Primus erat gladius, natis a patre relictus,  
 Angurvadel; (at hic gladius per fulminis audit).  
 Excusus procul (ut narratur) solis ad ortum  
 Pumilionum olim fuerat solidatus in igne.  
 Principio tulit hunc Blotand: sed perdit et ense  
 Et vitam ad Juthiam valido cum Vifelle certans.  
 Natus erat Vicingius huic. Consumtus at annis  
 Incolit Ulleragrur princeps, cui filia vernat.  
 En! silvis exit monstrum de gente gigantum,  
 (Altius est, quam stirps hominum, sævum atque pilosum)

---

svärdet, som ärfdes från fader till son, var främst  
 af de trenne,

Angurvadel, så kallades det, och broder till blixten.  
 Fjerran i Österland var det smidt, (som sagan för-  
 täljer),

härdadt i dvärgarnes eld: Björn Blåtand bar det  
 från början.

Björn förlorade dock på en gång båd' svärdet och  
 lifvet

söder i Gröningasund, der han stridde mot väldige  
 Vifell.

Vifell hade en son, het Viking. Men gammal och  
 bräcklig

bodde på Ulleråker en kung med sin blomstrände  
 dotter.

Se, då kom det ur skogarnas djup en oskapelig jätte,  
 högre till växten än människors ätt, och luden och  
 vildsint,

Provocat in pugnam: si non, vult principe natam  
 Cum regno. Nemo ausus erat. Non adfuit ensis  
 Qui durum feriat caput: ex ferro esse putabant.  
 Ut modo ter quinos impleverit ille Decembres,  
 Hoc prodit gladio fidens validoque lacerto.  
 Nec mora: jam primo medium diverberat ictu  
 Monstrum immane rudens pulchram servatque puellam.  
 Nato (Thorsten erat) celebrem Vicingius ensem  
 Liquerat; hic Frithiofi. At strictus splendet in aula  
 Fulgur ut aut micat, aut lumen boreale per illam.

---

fordrade envigeskamp, eller kungadottren och riket.

Ingen vågade kampen likväl, ty det fans ej ett stål som

bet på hans skalle af jern, och därför nämdes han Jernhös.

Viking allena, som nyss fyllt femton vintrar, emottog

striden i hopp på sin arm och på Angurvadel. I ett hugg

klöf han till midjan det rytande troll, och frälste den sköna.

Viking lemnade svärdet till Thorsten, sin son, och från Thorsten

gick det till Frithiof i arf: när han drog det, sken det i salen

liksom flöge en blixtnor, eller ett norrsken.

Aureus est capulus, decorataque lamina runis,  
 Miris nec boreæ notis, sed ad ostia solis,  
 Quæ tenuere patres, quam huc ducebantur ab Asis.  
 Illæ pallescunt runæ, simul otia pacis  
 Languent; sed rutilant, accendit ubi Hildura belli  
 Sæva faces: nec erat, qui sese impune tulisset  
 Obvius in pugna, runis qui fulgurat, ensi.  
 Clarus erat gladius gladiatorum et primus in arcto.  
 Eminuit pretio post hunc armilla celebris:  
 Vulcanus (Vaulundus eis) excuderat illam.

Hjaltet var hamradt af guld, men runor syntes på  
 klingan,  
 underbara, ej kända i Nord, men de kändes vid solens  
 portar, der fäderne bott, förrn Asarne förde dem  
 hitupp.  
 Matta lyste de runor alltjemt, när fred var i landet,  
 men när Hildur begynte sin lek, då brunno de alla  
 röda som hanens kam, när han kämpar: förlorad var  
 den, som  
 mötte i slagtingens natt den klingan med lågande  
 runor.  
 Svärdet var vida berömdt, och af svärd var det  
 ypperst i Norden.

Dernäst ypperst i pris var en armring, vida  
 beryktad,  
 smidd af Nordiska sagans Vulkan, af den haltande  
 Vaulund.

Ex auro solido facta est pondusque trilibris.  
 Cernere erant in ea cœlumque arcesque Deorum:  
 Designant ipsæ, variantia tempora, menses;  
 Ædes Solis eas dixere. Palatia Freyi  
 Post cernas; solem esse putes, super ardua cœli  
 Scandere qui inceptat rigidæ sub tempore. brumæ.  
 Nec non Sœquabecam, residet qua maximus Oden  
 Cum Saga, vinumque bibit; tenet aureus illud  
 Urceus: æquor is est, auro quod tinxerat eos.  
 Ver Saga est; tot habet runas, quot pascua flores.

---

Tre mark höll han i vigt, och arbetad var han af  
 rent guld.  
 Himlen var tecknad derpå med de tolf Odödligas  
 borgar,  
 vexlande månaders bild, men af skalderna nämdes de  
 solhus.  
 Alfhem skådades der, Frejs borg: det är solen, som  
 nyfödd  
 börjar att klättra igen för himmelens branter vid  
 Julen.  
 Söquabäck var der ock, i dess sal satt Oden hos  
 Saga,  
 drack sitt vin ur det gyllene kärl; det kärlet är  
 hafvet  
 färgadt med guld af morgonens glöd, och Sagan är  
 våren,  
 skrifven på grönskande fält med blommor i stället  
 för runor.

Balderus et solio sedet: ut defundit olympos  
 Sol æstatis opes clemens per florida rura.  
 Luce bonum radiat; scætet at caligine pravum.  
 Scandere continue lassatur solque bonumque:  
 In clivis titubantque simul, labuntur in Orcum  
 Ambo ad Helam: mœstumque tuum est hoc, Balde-  
 re, funus.  
 Arx hilaris Glitni juxta patet; omnia placans  
 Quæsitior (trutinam tenet) hic Forseto moratur.  
 Has species multasque alias certamina lucis

---

Balder syntes jemväl på sin thron, midsommarens  
 sol, som  
 gjuter från fästet sin rikedom ner, en bild af det  
 Goda;  
 ty det goda är strålande ljus, men det Onda är  
 mörker.  
 Solen tröttnar att stiga alltjemt, och det goda dess-  
 likes,  
 svindlar på höjdernas brant: med en suck försjunka  
 de båda  
 neder till skuggornas land, till Hel: det är Balder  
 på bålet.  
 Glitner, den fredliga borg, sågs äfven: förlikande  
 alla  
 satt der med vågen i hand Forsete, domarn på höst-  
 ting.  
 Dessa bilder och många ännu, som betecknade lju-  
 sets

In cœlo inque animis monstrantes sculperat apte  
 Clarus in armilla hac opifex. Carbunculus orbem  
 Tale coronavit, sol quale coronat olympum.

Hæc armilla diu per natos cesserat, (ipsum  
 Non nisi materna ad Vaulundum stirpe resurgens)  
 Cum semel, infandum! prædo Soto surpuit illam,  
 Æquora per boreæ volitans: nec gemma redibat.  
 Littore at in Brethiæ fama est iniisse Sotonem  
 Cum rate cumque opibus structum de calce sepulcrum;

---

strider på himmelens hvalf och i människans sinne,  
 de voro  
 skurna af mästartrens hand i den vingen. En präktig  
 rubinknapp  
 krönte dess bugtiga rund, som solen kröner sin  
 himmel.  
 Ringen var länge i släkten ett arf, ty hon ledde sin  
 ättlängd,  
 endast på mödernet dock, till Vaulund, räknad för  
 stamfar.  
 En gång stals den klenoden dock bort af röfvaren  
 Sote,  
 svärmande kring på de nordiska haf, sen fans han  
 ej åter.  
 Slutligen taltes det om, att Sote, på kusten af  
 Bretland  
 lefvande satt sig med skepp och med gods i sin mu-  
 rade grafhög;

Sed caruit requie, fuit in tumuloque tumultus.  
 Audiit hæc Thorsten: conscendit et ipse draconem  
 Cum Belone secans fluctus oræque propinquat.  
 Ædis ut est fornix vel ut aula est rudere septa  
 Cæspitibusque, amplius tumuli sic volvitur orbis.  
 Lumen et effulsit sociis portæque foramen  
 Intuitum dedit: inde patet piceataque navis  
 Prædonis, mali, funes quoque et anchora circum.  
 At species horrenda sedet vestitaque flammis  
 In pappi. Gladium maculatum sanguine iorvus  
 Radit; sed remanent maculæ. Jacet undique moles

---

men der fann han ej ro, och det spökade ständigt i högen.  
 Thorsten förnam det ryktet också, och med Bele  
 besteg han  
 draken, och klöf den skummande våg, och styrde  
 till stället.  
 Vid som ett tempelhvalf, som en kungsgård, vore  
 den bäddad  
 in i grus och i grönskande torf, så hvälfde sig högen.  
 Ljus ock lyste derur: igenom en springa på porten  
 tittade kämparne in, och det beckade vikingaskeppet  
 stod der med ankar och master och rår; men hög i  
 dess bakstam  
 satt en förfärlig gestalt: han var klädd i en mantel  
 af lågor.  
 Bister satt han och skurade der blodfläckade klingan,  
 kunde ej skura de fläckarne bort: allt guld, som  
 han ränat,

Aurea furtorum splendetque armilla lacerto.  
 Descendemus? (ait Belo) luctabimur ambo  
 Cum monstro ignifero? Thorsten sed talia reddit:  
 Virne virum legere patres? ego dimico solus.  
 Longum post certamen erat, qui primus ab illis  
 Experiatur opus, ni Belo denique binas  
 Concussit galea sortes, lucentibus astris,  
 Agnovitque suam Thorsten. Diffregit et ictus  
 Hastæ obices et claustra: sed hunc, quæ in nocte  
 barathri  
 Visa sibi, si forte rogas, silet atque tremiscit.

---

låg i högar omkring, och ringen bar han på armen.  
 ”Stiga vi, hviskade Bele, dit ner och kämpa mot  
 trollet,  
 två mot en ande af eld?” Men halfvred svarade  
 Thorsten:  
 ”En mot en var fädernas sed, jag kämpar väl ensam.  
 Långe tvistades nu, hvem först af de tvenne det tillkom,  
 pröfva den vådliga färd; men till slut tog Bele sin  
 stålhelm,  
 skakade om två lotter deri, och vid stjernornas  
 skimmer  
 kände Thorsten igen sin lott. För en stöt af hans  
 jernlans  
 sprungo riglar och lås, och han nedsteg. Frågade  
 någon,  
 hvad han förnam i det nattliga djup, då teg han  
 och ryste.

Audiit at Belo, Stygiumve audire putavit,  
 Cantum, sed gladii crepitent velut inde fragorem  
 Murmur et horendum, tum conticuitque tumultus.  
 Erumpit Thorsten pallens et turbidus, atro  
 Cum leto luctatus, habet tamen utique gemmam.  
 Sæpe sed increpuit: multo est sudore recepta,  
 Nam semel in vita tremui, capiens armillam.  
 Gemma fuit celebris nec ea pretiosior ulla.

Navis sed generis decus est Ellida deinceps.  
 Fertur de bellis rediens Vicingius olim,

---

Bele hörde dock först en sång, den let som en trollsång;  
 sedan förnam han ett rasslande ljud, som af klingor  
 som korsas,  
 sist ett gräseligt skri, då blef tyst. Ut störtade  
 Thorsten,  
 blek, förvirrad, förstörd; ty med döden hade han  
 kämpat.  
 Ringen bar han likväl; "den är dyrköpt, sade han ofta,  
 ty jag har darrat en gång i mitt lif, och det var  
 när jag tog den."  
 Smycket var vida berömdt och af smycken ypperst  
 i Norden.

Skeppet Ellida till slut var en af släktens kle-  
 noder.  
 Viking (sägs det) en gång, när han vände tillbaka  
 från härtåg,

Cum premeret litus vibrantem in fragmine navis  
 Conspexisse hominem, lætum, quasi luderet unda.  
 Vir procerus erat, forma generosus et ore  
 Festivus, levis at saliens ut in æquore phœbus.  
 Pallium erat glaucum, zona aurea tecta corallis  
 Albuit ut spuma oceani sua barba: virebant  
 Crines. Subveniens properat Vicingius illuc,  
 Torpentem fert ipse domum hospitioque tuetur.  
 Hospes at hic ridens cubitum deductus ab illo:  
 Ventus, ait, bonus est, navem tu spernere noli;  
 Ante diem clausum procul hinc procul abfore spero.

seglade längs med sin strand, då såg han en man  
 på ett skeppsvrak  
 sorglöst gangande hän; det var, som han lekte med  
 vågen.

Mannen var hög och af ädel gestalt och hans anlete öppet,  
 glädt, men föränderligt dock, likt hafvet som leker  
 i solsken.

Manteln var blå och bältet af guld, besatt med koraller,  
 skägget hvitt, som vågornas skum, men håret var  
 sjögrönt.

Viking styrde sin snäcka deråt för att berga den arma,  
 tog den förfrusna hem till sin gård och förplågade gästen.  
 Dock, när han bjöds af värden till sängs, då log  
 han och sade:

"vinden är god och mitt skepp, som du sett, är ej  
 att förakta,  
 hundra mil, det hoppas jag vist, jag seglar i afton.

Quam vellem, liceat monumentum (grata voluntas  
 Illa tua est) facere esse mei! jacet omnis ad undam  
 Materies; neque sic aberit cras littore donum.  
 Cras venit: inque sinum pelagi Vicingius adstans,  
 Ut falco volat æquoreus, volitare draconem  
 Cernit. Adest nemo, non qui regat arte magister.  
 Invenit ipse vias inter juga saxaque cæca  
 Clavus, inesset ei quasi dæmon: contrahit et se  
 Velum et se demergit aqua mordetque barathrum  
 Anchora dente nigro, properat quum navis ad o-  
 ram.

---

Tack för din bjudning ändå, den är välment, kun-  
 de jag endast  
 ge dig ett minne af mig! men min rikedom ligger i  
 hafvet;  
 kanske finner du dock i morgon en gåfva på stran-  
 den." —  
 Dagen derpå stod Viking vid sjön, och si! som en  
 hafsörn,  
 när han förföljer sitt rof, flög in i viken ett drak-  
 skepp.  
 Ingen syntes derpå, ej en gång man märkte en styr-  
 man,  
 rodret dock lette sin bugtiga väg bland klippor och  
 blindskär,  
 liksom bodde en ande deri: när det nalkades stranden,  
 refvade seglet sig sjelf, och ej rördt af människohänder,  
 ankaret sänkte sig ned och bet med sin hulling i djupet.

Hic videt illa silens; undæ at cecinerè jocosæ:  
 Ægirus hanc tibi dat (meminit sua debita) navem.  
 Regia erat visu: tabulæ nam ex ilice curvæ  
 Natura junctæ, docta non arte, fuerunt.  
 Ceu verus draco porrigitur. Caput extulit altum  
 (Proram crede caput) patet et specus aurea, fauces,  
 Sparsus et est venter flavo glaucoque vicisism.  
 Squamosam argento caudam collegit in orbem:  
 Atque alas habuit nigras cum margine rubra;  
 Quas simul ut pandit, venti volat æmulus audax,

---

Stum stod Viking och såg, men då sjöngo de le-  
 kande vågor:

”Bergade Ägir \*) ej glömmmer sin skuld, han skänker  
 dig draken.”

Gåfvan var kunglig att se, ty de bugtiga plankor af eke  
 voro ej fogade hop som annars, men vuxna tillsammans.

Sträckningen var som en drakes i sjön: i stammen  
 derframme

lyfte han hufvudet högt, och af rödt guld lågade  
 svalget.

Buken var spräcklig med blått och med gult, men  
 baktill vid rodret

slog han sin väldiga stjert i en ringel, fjällig af silfver;  
 vingarna svarta med kanter af rödt; när han spände  
 dem alla

flög han i kapp med den susande storm, men örnen  
 blef efter.

---

\*) Hafs-Guden.



Inter eos juvenis Berno sedet infimus, ipsi  
 Æquævus, (velut ad frondes rosa blanda caducas)  
 Robore vir, sed mente senex ac lætus ut infans.  
 Cum Frithiofe adoleverat is: jam sanguine mixto  
 (Mos fuit hic Scandis) fratres mala lætaque obire  
 Una jurarant letique reposedere pœnas.  
 Convivas sociosque inter, qui funera patris  
 Concelebrant, Frithiof mœstus lacrymisque rigatus  
 Proluit, ut fieri solet, in genitoris honorem  
 Cornu, post audit celebrantia carmina vatum.  
 Jamque in sede patris, locus est super astra Thoronis,  
 Cum Divis se composuit mediumque locavit.

---

Nederst på kämparnes bänk, jemnårig med Frithiof,  
 en yngling  
 satt, som en ros bland vissnade löf: Björn hette  
 den unga,  
 glad som ett barn, men fast som en man och vis  
 som en gubbe.  
 Upp med Frithiof han växt och de blandat blod  
 med hvarandra,  
 fosterbröder på Nordmanna sätt, och svurit att lefva  
 samman i lust och i nöd, och att hämna hvarandra  
 i döden.  
 Midt bland kämpar och gästernas mängd som kom-  
 mit till graföl,  
 Frithiof, en sörjande värd, med ögon fyllda af tårar,  
 drack på fädernas vis sin faders minne, och hörde  
 skaldernas sång till hans lof, ett dundrande Drapa;  
 men sedan  
 steg han i fadrens säte, nu hans, och satte sig  
 neder  
 mellan dess Oden och Frej: det är Thors plats  
 uppe i Valhall.

---

Exc

# Otiola Metrica,

quæ

**Venia Ampliss. Philos. Ord. Lund.,**

p. p.

**JOH. GUST. EK,**

Philos. Mag., Eloqu. et Poës. Rom. Prof.,

Pro Exercitio Disputaturus

publice defendet

**C. J. NORDQVIST,**

Gothoburgensis.

In Academia Carolina die XIV Decembris MDCCCXLVIII.

P. IV.

---

**Lundæ,**  
typis Berlingianis,  
MDCCCXLVIII.



## Belo et Thorstanus.

(Poëmatis Tegneriani, quod est Frithiofs Saga,  
carmen II Elegis Latinis refictum.)

**R**ex Belo innitens gladio stetit altus in aula:  
 Thorstanus huic adstat, rusticus ille bonus.  
 Armorum est socius prope centenarius. Ora  
 Mille cicatrices canaque barba decent.  
 Stant, ut si videas inter juga bina sacella,  
 Et velut antiqui templa caduca Dei.  
 Est tamen in muris sapienter dicta videre  
 Multaque de veteri tempore signa monent.  
 Hesperus adventat; non aut mihi commoda cassis  
 (Rex ait) aut musti, qui fuit ante, sapor.  
 Obscurata meis oculis humana recedunt;  
 Elysiumque prope est incipioque mori.  
 Jam placuit natos accire meosque tuumque:  
 Hi servent animum, quem tenuere patres.  
 Sunt, quæ commonitas aquilas sublime volantes  
 Ante velim, vocis quam mihi cesset opus.  
 Interea juvenes, rex ut præceperat, intrant:  
 Primus eorum Helgo tetricus ora venit.  
 Hic ab haruspicibus, quibus est studiosus haruspex,  
 Jam redit: est sacro sanguine tincta manus.  
 Proximus incedit juvenis flavente capillo:  
 Mollior est facies, omnis honesta tamen.

Quumque ferat velut ad ludos modo balteus ensem,  
 Virginis hæc nescis sitne figura maris.  
 At venit extemplo capite et procerior illis  
 Tertius ambobus cæruleoque sago.  
 Constitit inter eos, maturus ut eminent inter  
 Mane novum atque inter noctis operta dies.  
 Vergit ad occasum; fraterna, credite nati!  
 Pace gubernetis regna beata, precor.  
 Firmat enim concors animus, velut annulus hastam;  
 Si caret hoc, habeat roboris hasta parum.  
 Ad portas regni custos stet robur, ut intus  
 Sedibus in tutis floreat alma quies.  
 Non datus, ut noceat, datus est, ut protegat, ensis;  
 Scutaque, ne careant horrea plena sera.  
 Nil pollet, nisi per populum, qui plurima pollet:  
 Insanit, populo qui nocet ipse suo.  
 Intima monticola simul aret in arbore pulpa,  
 Mox et in excelso stipite marcet apex.  
 Quatuor in pilis coelorum innititur orbis:  
 Pila sed immoti lex erit una throni.  
 Non procul exitium est, studium si jura retorquet:  
 Sed decus est regis jus populique salus.  
 Adspicis, ut clausas habitent conchyliæ testas:  
 Non sic insinuant in sua templa Dei.  
 Noris, qua soles, qua mentes lumina mittunt,  
 Quatenus auditur vox, habitare Deos.  
 Et jecora accipitrum fallunt; et inania sæpe  
 Portenduntur; habet littera scripta dolum:  
 Cordibus humanis, quæ sunt proba sanaque, multas  
 Scripserat omnipotens et sine fraude notas.

Quanto flexilior, tanto est simul acrior ensis :

Sic tu non durus, sed modo firmus eris.

Ut clipeum flores, ornat clementia regem :

Pluraque ver generat, quam glacialis hiems.

Quamvis sit validus, misere interit orbis amicis ;

Arbor ut in tesquis cortice nuda perit.

Arbor ut in luco irriguo, non concita ventis,

Tutus amicitiiis vir viget atque valet.

Stat sua laus cuivis ; laudes ne quære paternas :

Tendere quem nequeas, arcus an ille tuus ?

Dic : tibi quid prodest tumulati fama superstes ?

At validum flumen per mare fluctus agit.

Festivos animos sapientia gignit ; at omnes,

Præcipue regem, dedecuerunt joci.

Cervisiam nisi cum lupulis non mella facessunt :

Seria des ludis ; adsit in ense chalybs.

Quamvis sit sapiens, nimium sapit utique nemo ;

Omnia qui nescit, næ ! sapit ille parum.

Auditor lepidus lecti conviva vel imi ;

Negligitur summi, si male sanus erit.

Ut brevior fidos ad amicos atque sodales

Est via, quantumvis sit domus ipsa procul :

Sic longo spatio est inimici villa remota,

Sit licet ista tuæ villa propinqua viæ.

Ne fidas, quicumque volet tibi fidus haberi :

Nam patet exilis, non opulenta domus.

Uno contentus plures ne quære fideles :

Quod tribus est notum, mox tribus omnis habet.

Thorstanus assurgens monitu sic fatur amico :

Ad superos solum non decet ire ducem.

Ante vices rerum vitamque peregrinus una:  
     Mors etiam nobis una duobus erit.  
 Multorum me commonuit longæva senectus:  
     Hos monitus trado nunc ego, nate, tibi.  
 Adspicis, ut tumulo sedeat Jovis ales in alto:  
     Sic sedet in labris docta loquela senum.  
 Quæ mala contingunt et quæ bona, nubila, soles  
     Hic facit: inprimis tu cole, nate, Deum.  
 Perspicit hic animos et aperto corda recessu:  
     Tempora longa luunt, quod tulit hora brevis.  
 Mente opibusque potens unus regat; obsequere illi:  
     Sole dies uno sidera multa fugat.  
 Si quis erit melior, meliorem suspicit ultro:  
     Non acies, capulo si caret, ensis erit.  
 Vim dedit ipse Deus præstantem: nate, memento  
     Vim, nisi conjuncta mente, valere nihil.  
 Robora dena virorum habet ursus; cæditur uni:  
     Vult ictus clipeo, vis modo lege premi.  
 Quem pauci metuunt, omnes odere superbum:  
     Et sequitur fastum sæpe ruina gravis.  
 Vidi ego, mox fultum baculo, sublime volantem:  
     Hos habet anfractus, has habet aura vices.  
 Cervisiam potus tu consiliumque secutus  
     Laudes, et demum sole cadente diem.  
 Cernitur ærumnis, velut ictibus ensis, amicus:  
     At juvenes multis credere multa solent.  
 Nocte gelans glacies, cessansque colubra, puella,  
     Quæ sedet in gremio, non meruere fidem.  
 Namque rotis factum est pectus muliebri volutans:  
     Ancipitesque animos lilia blanda tegunt.

Debemur morti nos nostraque: at una relicta est

Res nulli morti succubitura tamen.

Tu, dum vivus eris, recte faciasque velisque:

Fama sepulorum nesciet una mori.

Sic monuere senes, sic post didicere poëtæ

Condere sublimi carmine dicta patrum.

Aetates aliæ ex aliis hæc dicta tenebant:

Hæc resonant tumuli per boreale solum. ---

Multaque post ambo studiosaque verba loquuntur:

Pingitur hic, ipsos qui sociasset amor:

Omnibus in fatis, inter mala lætaque, junctis

Qui similes manibus continisset eos.

Appositi dorsum dorso stetit unus et alter:

Qua ruit, in clipeum livida Parca ruit.

Mox iter extremum seniores ibimus ante:

Non erit a vobis mens aliena patrum.

Multaque de virtute animi, potioris avito

Sanguine; et heroum rex celebrare decus.

Multaque de Divis natisque propagine celsa

Regibus: hoc alter tollere laude decus.

Vos si concordēs eritis, vix surget in arcto,

Nati, qui vestras æquiparabit opes.

Aureus ut clipeus, cui sit chalybeia margo,

Principis adjuncto robore pompa valet.

Ceu rosa (sic decuit) tranquille filia crescit:

Huic, moriens jubeo, sit mea dicta salus.

Hanc servate mihi: nec tempestatibus ullis

Auferri teneram vos sinitote rosam.

Hæc, Helgo, tibi sit data cura paterna sororis:

Nata tibi crescat, quæ fuit ante soror,

Vis gravat ingenuas mentes: clementius acti  
 Quum vir tum mulier jus et honesta volent.  
 Ad fluctus tumulos nobis ita ponite, nati,  
 Ut habeat bustum litore quisque suo.  
 Dulce canunt fluctus hominique et manibus ipsis:  
 Elogiique instar litoris unda sonat.  
 At circa montes ubi pallida luna relucet  
 Inque notas cippi ros ubi nocte cadit;  
 Tum juvat ex tumulis multo sermone futura  
 Ferre; sonos placidus trans freta ventus aget.  
 Fertur ut ad pontum cupientis fluminis unda,  
 Nos iter ad coelum fert cupimusque gradi.  
 Linquite jam, nati, morituros jamque valet!  
 Vos faciant salvos quotquot ubique Dei!

## Rex Ringius.

(Poëmatis Tegneriani, quod est Frithiofs Saga,  
Carmen V Hexametris Latinis refictum.)

**A**uratum solium mensa rex Ringius ampla  
Demovet: et pugiles et surrexere poëtæ,  
Regis ut accipiant voces, quo clarior alter  
Non habitat boreale solum: sapientia regis  
Mimericæ similis; probus est, ut Balderus ipse.  
Terra jacet lucis, quæ sunt habitacula divum,  
Consimilis: nec in umbrosam viridemque quietem  
Ingruit armorum rabies: et gramina latis  
Inviolata virent campis florentque roseta.  
Justitiæ locus est uni regale tribunal:  
Judicat hæc eadem clemens eademque severa.  
Quotquot eunt anni, solvit pax alma tributum:  
Apricantur agris frugum velut aurea dona.  
Albatique alas nigro thorace phaseli  
De centum terris veniunt: ex omnibus omnes  
Importantur opes et ad omnes multa vehuntur.  
Nec minus hos solita est diuturno foedere pacis  
Libertas habitare locos: patriæque parentem  
Omnis amat populus, quamquam suffragia quisque  
Consuevit coetu populari libera ferre.  
Trigintaque hiemes felix et amabile regnum  
Gessit in hanc gentem, boreæ quam frigus adurit.

Nec male contentus quisquam discessit ab illo  
 Rege domum, claususve dies, quin undique supplex  
 Vox adiit Divos caro cum nomine regis.

Auratum solium mensa rex Ringius ampla  
 Demovet: et læti, quotquot sedere, resurgunt,  
 Regis ut accipiant voces, quo clarior alter  
 Non habitet boreale solum: suspiria princeps  
 Aerumnosa trahens imo de pectore fatur:  
 Purpureis sedet in stratis regina Dearum  
 Interfusa choro; cinerem tegit herba sepultum;  
 Et tumulum florum et circumvolat halitus amnem.  
 Illius non ipse parem pulchramque bonamque  
 Reginam invenio: decus hoc non regna videbunt.  
 Sed petiit superos divinaque præmia coeli;  
 Jam matrem pueri, matrem sibi regna precantur.  
 Rex, solitus quondam celebrare palatia nostra,  
 Quum primæ tulerant ætatis flamina classem,  
 Mortuus est, Belo, sed dulcis nata superstes.  
 Hæc mihi deligitur. Tenera est, ceu lilia crescunt:  
 Est gena tincta rosis. Adolescens femina flores  
 Collegisse volet: vetulum fortasse repellet,  
 Cui coepere comæ rarescere cuique capillis  
 Alba nives inspersione hiems. Sin possit amare  
 Cum canis vetulum, tenerisque advertere curam  
 Si velit; auctumnus velut in consortia regni  
 Ver juvenile vocet, placet hanc ambire puellam.  
 Promite jam cameris aurum; cimelia sponsæ  
 Scrinia suppeditent ilignea: vosque, poëtæ,

Cum fidibus non este procul: deus ipse pœsis  
 Non aberit ludis adsitque procantibus idem.

Delectique viri magno excessere tumultu,  
 Qui regis mandata ferant aurumque precesque,  
 Addunt se socios illis longo ordine vates:  
 Fausta canunt: mox ad natos Belone propinquant.  
 Tum comptabant, donec lux quarta bibentes  
 Commonuit reditus. Jam quid respondeat Helgo,  
 Explorare parant. Falconem hic mactat equumque  
 In viridi luco et spirantia consulit exta.

Nec minus hic ab haruspibus sanctaque sibylla  
 Exquirat, pulchræ quæ sint cupienda sorori.  
 At vero negat assensum grandæva sibylla;  
 Augur et exta negant. Helgo perterritus istis  
 Auspiciis manet invictus perstatque negare:  
 Quippe decet dictis hominem parere deorum,  
 Arridens fratrum sic fatur alacrior alter:  
 Heu mihi! quam subito cessant convivia fine!  
 Si modo canities lepidi senis adforet ipsa,  
 A nobis adjutus equum conscendere posset.

Accensique animis referunt vestigia regis  
 Legati: reduces fratrum convicia narrant. —  
 Rex negat opprobrium cani fore regis inultum.  
 Nec mora: de tiliæ pendentem stipite celso  
 Mox pulsat clipeum; mox adnatat ampla draconum  
 Copia sanguineis cristis, galeæque minantur.  
 Quum venit interea, bellum qui nuntiet, Helgo

Tristis ait: rex ille potens bellumque cruentum  
Tutarique placet divo custode sororem.

Dixit. At in templi sacra sedet arce puella:  
Serica pingit acu varians aurumque figurat.  
Sed non læta fuit lacrimisque implevit obortis  
Sæpe sinus niveos: sic lilia rore rigantur.

*Emendandum:*

p. 56 v. 3 lege:

Vox Divos caro cum nomine regis adiret.

## Ludus latruncolorum.

(Poëmatis Tegneriani, quod est Frithiofs Saga,  
carmen VI Latinis Asclepiadeis refictum.)

**I**nterspersa latrunculis

Ambobus posita est mensa sodalibus:

Ex auro nitet altera,

Argentoque nitet tesserula altera.

Vix Hildingius introit,

Quum sic fatur herus: tu mihi salveas;

Et ludum, pater optime,

Dum finire sines, hoc bibe poculum!

Hæc contra loquitur senex:

Jam res auxilium regia flagitat;

Legati mala nuntiant:

Te spes imperii, te videt unicum. —

Tu (sic noster ait) cave!

Regi propositum est grande periculum.

Servari nisi rustico

Quod non ille potest, rusticus occidat. —

Reges tu cave provocos;

Namque ingens aquilis crescere vis solet.

Quamvis ille potentior

Sit rex, inferius robur erit tuum. —

In turrim ruis impetu:

Esto: difficilis non erit impetus.

Nec turrim capies meam;  
Sub spissos pluteos tuta relabitur. —

At virgo sedet in Dei  
Luco: collacrimans nocte diē sedet.  
Non fletu malē cæculos  
Obscurans oculos flectere te valet? —

Reginam petis irrito  
Nisu: hæc a puero cara fuit mihi.  
Hæc ludi lapis optimus:  
Hanc, utcunque aderunt, negligere est nefas. —

Annon reddita vox erit?  
Præceptorque tuus discipuli sui  
Non auditus ab ædibus  
Cedet, quod fatuus sine caret jocus? —

Surgit discipulus: manum  
Grandævi manibus sic ait implicans:  
Hæc responsa dedi, pater,  
Audistique animi consilium mei.

Te quod jam docui, doce  
Belidas: posita est dedecoris nota:  
Me numquam facient suum  
Reges; nulla tenent pristina vincula. —

Sic Hildingius occupat:  
Non iram juvenis, nate, nec improbo,  
Tu quod vadis iter tuum;  
At reddant facilem Di, precor, exitum!

[www.books2ebooks.eu](http://www.books2ebooks.eu)